

Ἐσπερίας διὰ βυλας;

ILLVSTRISS.

ET CELSISS. PRIN-

CIPACI AC DOMINO, DOMINO

CHRISTIANO II. DVCI SAXONIÆ, SACRI

ROMANI IMPERII ARCHIMARSCHALLO

& Septemviro, Landgravio Thuringiæ, Mar-

chioni Misniæ, Burggravio Magdeburgensi,

Domino suo clementissimo inente VIIbri.

A. O. R. 1601 fasces Electorales auspiciatis.





initijs capessenti, humilimo & subjectis imo

studio, pro toto feliciter jam susceptæ

gubernationis decursu fortu-

natis. vota hæc sua

nuncupant:





CHRISTIANVS SECVN-  
DVS, DVX SAXONIAE ET ELECTOR.

ἀναγεγραμμένον εἰς;

HEROS ES, VOX VNCTI SANCTA,  
EX DILECTIS VNA: DVRES!

**S**Urculus ut RVTÆ viridi de stirpe revulsus  
Emoritur, solidos qui jã contraxerat artus  
Fortior, & tutas terra promiserat umbras:  
Ingemuere sagax Mysus, gravis ore Thurin  
Saxoq; magnanimus: Verbis solatur amicis (gus,  
Quos Pietas, damnnum triplici dum scœnore pensat,  
Pullulet ut lapsa pridem de stemmate germen  
Tergeminum, quibus & jam prima propago beatos  
Spondeat & dignos proavito stipite fructus.

In risus abeunt prima lamenta que vella,  
Lata quibus saliunt alio precordia motu,  
Ensifer in patrios dum fasces mittitur heres,  
(Arbitrio cujus Iovis armiger aurea gestat  
Sceptra) dijs genitus, reliquos fulgore coruscus  
Imperij procures inter non ultimus augur.

Ergo pias ultro jactant ad sidera voces  
Vnanimes: CHRISTIANE potens, DVX inclite, salve,

Salva



*Salve Saxonica flos candide gentis, habenas  
Imperij GLADIUMq; DEO donante secundis  
Nactus es auspicijs : In te quantum instar ? ES HEROS,  
VOX VNCTI SANCTA EX DILECTIS VNICA! DVRES!*

*RVTA vive, DVRESq; tui Dux ENSIFER orbis!*

*Numinis urna suis te regibus inserit almi  
Æquior : Hoc faciente cluis pra nobilis HEROS,  
Cui dudum Mysus, Thuringus Saxoq; sponte  
• Ad nutus parere pios non segniter ardent.*

*Hic ima de fece viros fastigia sceptri  
Donat habere sui, & solio locat vnus eburno:*

*Hic quoq; sublimi rursum turbare potentes  
Sede valet : cretum vili de pulvere regem*

*Qui creat Isaiden : Saulem qui cogit abire  
Imperio : mutat qui sceptrum ligone : Dynastas  
Quem penes arbitrium est & vis & norma legendi.*

*RVTA vive DVRESq; tui Dux ENSIFER orbis!*

*VNCTI SANCTA Ducis, gemino qui claret ab ortu  
VOX ES, in augustum quem sustulit ipse tribunal,  
Te jubet hoc sanctas audire & reddere voces.*

*Te duce, Religio puro decorata nitore  
Verbi SANCTA sonet per cunctas jugiter aras  
Dogmata, displosis stolidae rationis avenis,  
Quas vaser aut nobis LVCIANVS frugis inanes*

*A 2*

*Germana*



Germana, soboles vel vana crepantis ESAVI.

Venditet: hoc lolium nunquam se frugibus addat!

VOX VNCTI stet pura Ducis: Sic porta patebit

Amplior, introeat quam REX super arce Sionis

Maximus, & letos agitet super hoste triumphos,

Nominis & Regni tecum partitus honorem.

RUTA vire, DVRESQ; tui DVX ENSIFER orbis!

Vox quoq; SANCTA levet rigida dictamina legis,

Qua vel Seditius grauis aut Rhadamantus iniquis

Vrgent iudicijs: hic lampada praferat auctor

FRIDRICHVS SAPIENS, Pallas cui rexii habenas

Aurea, sanguineum quoties Bellona flagellum.

Concutiens tristi ad pugnam cijt are phalanges.

Aequior austeram clementia temperet urnam!

Obvia sic Themidi si fixerit oscula diua

Gratia, de vero non flectet tramite, noris

Parcere subjectis, & debellare superbos.

RUTA vire, DVRESQ; tui DVX ENSIFER orbis.

E tribus adscendis prior VNA columna colossis

DILECTIS, effulta quibus domus alta quiescit

1. SAXONIS: Vna tribus mens omnibus, vna voluntas:

Ad tantos FRATER tibi quisq; adsurgit honores:

Vix mihi Geryonem magis arcto fædere junctum

Fingat Praxiteles: firmo Concordia nexu,

Vno



Vno tergeminum vinxit qua pectore corpus,  
DILECTAS Patria nitidis circumvolet alis  
Huic & opes cornu fundat praedivite, terras!  
Exsulet at procul à nobis furialis Erichtho!

RUTA vire, DVRESQ; tui DUX ENSIFER orbis  
Fulmina cum celsis minitentur montibus, hostis  
Et pedicas stygius locet haud ignavus in aula  
Principis, hunc Fidei telis armatus adibis  
Impiger, ut DVRES hoc in certamine, victrix  
Ecce tibi pepigit dignam Patientia palmam,  
Hac instructus erat quondam, Constantia nomen  
Cui dedit & Pietas, animi virtute FIDEQ;  
Maximus: ut scopuli rupes immota resistit:  
Sic nulla invictam potuit vis vincere mentem  
Illius: in tanta quantus luctator arena?  
Fundamenta quatit FIDEI non ulla potestas!

RUTA vire, DVRESQ; tui DVX ENSIFER orbis!  
DVRES SEPTENVIR felix ter & amplius! Vna  
Stat regina tibi Pietas: Sapiencia sceptro  
It comes: & casus Tolerantia fortis ad omnes  
Gaudet ovans: quamquam fortuna noverca tonabit,  
(Quam tamen o pie Jova velis avertere pestem!)  
Eluctata FIDES olim & defuncta periculis  
Egregios inter proceres caelestis in arce

To



*Te regni patrijs junctum complexibus addet,  
DUX CHRISTIANE potens, Mysus Saxo atq; Thuringus  
Gratanti hoc votum tibi voce perennat: ES HEROS  
VOX VNCTI SANCTA EX DILECTIS VNICA, DVRES!  
RVTA VIRE, DVRESQ; tui DUX ENSIFER orbis!*

M. Johannes Schuccelius Arnst. Ecclesiæ  
DEI in Erich pastor.

---

ALIVD.

**A**rbor in aerias quæ frondes explicat auras,  
Ostentans pingui brachia læta solo,  
Non saturis modo dat tauris venientibus um-  
Sol quoties rapidis ignibus vrit humum: (bram,  
Sed simul imbellem facilis complectitur agnum,  
Cum largus totis depluit imber aquis.  
Tu quoq; jam nobis stas Arbor amœna, beatus  
SAXONIS augustis quam tulit hortus aquis,  
DUX CHRISTIANE, cui Themis aurea porrigit enses  
Et sceptrum, dextra quod moderere manu:  
Subtrahis haud facilempia vota ferentibus aurem,  
Vt veniat crasso spreta Camœna pede,  
Illius haud olim rex Persa removit opellam,  
Hæstam qui medio de grege fudit aquam.

Ola,



latis adeas, Dominum prece posco, tribunal  
Auspicijs patrium, sceptrā diuq̄, geras!  
Te DVCE Relligio floreat in arce Sionis  
Integra, cui sedem patria fixit humus!  
Te DVCE perduret longum Respublica felix,  
Quam beet auxilijs Suada benigna suis:  
Te DVCE securus bos rura perambulet! omnis  
Subditus ex ficu viteq̄, letus ovet!  
Nomen ab invicto quod gestas vindice CHRISTO  
Aurea promittit secula, Numen ait.  
Præsida jam CHRISTO, fatis clementibus vsa  
Te faustum grato gens canat ore DVCEM!  
Hæc rata vota rogant mecum Saxo atq̄, Thuringus,  
Fidaq̄, Tyrigelum terra precatur idem.

Laurentius Furstenaver S.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a Latin or German manuscript.



H. Lat. C. 836, 8.